



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

Regulæ in distribuendis eleemosynis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**



discussione, priusquam recipiant assensum, vel in opus veniant.

*REGVLAE NON NVL-  
la, in distribuendis eleemosynis  
seruanda.*

**P**RIMA: Si quid erogare libeat in homines genere, vel amicitia coniunctos, erga quos sentitur procliuior affectus, Attendendæ erunt regulæ quatuor, quas ex parte circa electiones commemorauimus. Earum itaque prima hæc est; vt affectus erga tales meus, rectâ proueniat ex amore DEI; quem certe amorem debeo sentire in me, vt radicem esse & causam cuiuscunque ~~meæ~~ affectionis, erga cognatos, & amicos omnes; ac operam dare, vt in hoc præsentî negotio, præcipua ea ratio elucescat.

\* *ee* SECUNDA: Vt \* considerem, si quis alter cui parem mecum statum, seu

perfe-



perfectionis gradum optē, me consulat super negotio istiusmodi, quam ego illi erogationis faciendæ, dictaturus sim rationem. Hac igitur & me uti par est.

**T**ertia: Ut cogitem, si mihi, vitæ nunc exitus instaret, quid in hac re egisse vellem potissimum. Ita ergo agendum in præsentia decernam.

**Q**uarta: ut prospiciam similiter, quid mallet in die iudicij à me fuisse super his transactum: Id quod & nunc citra dubium præeligam.

**Q**uinta: ut quoties ad personas, mihi humano aliquo vinculo coniunctas, affectum meum sentio magis inclinare, regulas quatuor prædictas sedulo expendam, & iuxta eas examinem affectum: ~~nam ac~~ elemosyna, seu distributione faciendâ cogitans, donec ab animo, si quid non rectum inest, remouero.

**S**exta: Quamuis facultates diuino



cultui & vsui ecclesiastico dicatæ, citra culpã assumi possint distribuendæ ab eo, qui ad hoc ministerium sit vocatus; cum tamen plurimis, in determinanda propriis suis sumptibus iusta portione, soleat, de excessu scrupulus incidere, operæpretium est iuxta regulas superiores, vitæ suæ statum recte disponere.

**S**EPTIMA: Propter rationes dictas, & alias plerasque, in administrandis iis, quæ ad propriam personam, conditionem, domum, aut familiam pertinet: optimum ac securissimum est unicuique distributionis curam subeunti, vt suæ subtrahat commoditati quantum potest, ac seipsum proxime conformet ad exēplar Domini nostri IESU CHRISTI, summi Pontificis: quandoquidem in tertio etiam Carthaginensi Concilio, in quo interfuit S. Augustinus, decretum fuit, supellectilem Episcopi, vi-

lem



lem ac pauperem debere esse. Hoc idem in quolibet statu seu vitæ genere prouideri conuenit: habita interim ratione personarum, & statuum ipsorum; sicut in matrimonio exemplum præbent S. Ioachimus, & S. Anna; qui diuisis per annos singulos facultatibus suis in tres partes, pauperibus vnâ erogabant; alteram dicabant in templi, & diuini cultus ministerium; & tertiam postremo necessitati suæ reseruabant.

*QVÆDAM NOTATV*

*digna, de scrupulis, quos anima  
demon iniicit, digno-  
scendis.*

**P** R I M V M : Vulgo scrupulum appellant, quando ex proprio liberi arbitrij motu & iudicio, aliquid concludimus peccatum esse, cum peccatum non sit: veluti, si quis animaduertens se crucem,